9 Limita nono,non habere locum in Imperatore: nam Imperator poteſt donare Auguſtæ.l.fi.C.de donatio.inter vir. & vxo.& iuxta illũ tex.vltra Doct.ibi tenet Iaſ.in l.frater a fratre.in j.lect.nu.14. ff.de condi.indeb.verſi.v.fallit.& in l.ciuitas.nu.4.ff.ſi cer.pet.fa cit quod notat Cattel.Cotta in memora.iuris,in verbo, donatio facta a Rege.

10 Limita decimo, non habere locum in iis quæ obueniunt eis ex forma ſtatuti:quia poſſunt donare.Ita tenet Chaſſan, vbi ſupra,nu. 9.vbi ponit exemplum.

11 Limita vndecimo,ſi ruſticus vel plebeius acciperet nobilem in vxorem,& conſtante matrimonio facit inſtrumentum de receptione dotis quam non recepit , quamuis in effectu iſta dicatur donatio inter vir.& vxo.tamen valet:quia fit in remunerationem ad recõpenſationem propter inæqualitatem eorum. Ita notabiliter concludit Bar.per glo.ibi,in l.ſi voluntate.C.de dotis promiſ. nu.2. & in l.ſi diuortio.& ibi Iaſ.nu.9.ff.de verb.obl.idem Iaſ.in l.ex hoc iure.nu.55.ff.de iuſti.& iur.& in l.fi.col.fi.C.de verb.ſignifi. & in l. ſi non ſortem.in.§.libertus.ff.de condictio.indeb.nu.8. idem tenet Bal.in l.ij.§.fi.ff.ſi cer.pet.Segura in l.cohæredi.§.cum filiæ. ff.de vulg.& pupil.nu. 162.Abb.in c.j.nu.8.de adult.Ioan.de Neuiz.in Sylua nupt.lib.2.nu.28.Pala.Ruui.in repet.rub.de donatio.§.x.& xxxj.nu.1.Tiraquel.in ll.connubia.in iiij.l. nu.7. & in v.l.nu.18. & in repet.l.ſi vnquam in verb.donatione largitus.nu.19.C.de reuoc.dona.et hanc dicit communem Bal.Nouel.in tract.dotis,in x. par.nu.7.Curt.iun.in conſi.vj.nu.20.Couarru.in Epitome.4.lib. in ij.par.c.3.§.3.nu.2.

12 Limita duodecimo,quando maritus donat annuum vel menſtruũ ad ſui ſuſtentationem,vſque ad vires dotis,& non vltra. Vt in l.ex annuo.& in l.de fructibus,ff.de donatio.inter vir.& vxo.& in l.fi. cut. C. eod.tit.

13 Limita decimotertio,ſi vnus ex coniugibus,ſeruis vel animalibus,vel veſtibus alterius vſus fuerit, vel in domo ſua gratis habitauerit donationis cauſa:nam valet donatio. Vt in l. ſi vir vxori, ff.de dona.inter vir.& vxo.

14 Decimoquarto fallit,ſi vir vectigal,vel vecturas pro uxore vel miniſtris eius ſolueret. Vt in l.ſi quis pro vxore.ff. eod.tit.

15 Decimoquinto fallit,ſi ſerui viri, vxori operas præſtiterunt. Vt in l.ſi id quod donatum eſt. in.§. ſi quas ſerui operas,ff. de donatio. inter virum & vxo.

16 Decimoſexto fallit, ſi vir ſoluit in præſenti quod in diem debet

vxori,

vxori: nam tunc poteſt. Vt in l.ſed ſi vir ex lana. in.§. quod vir vxori.ff.de donat.inter vir.& vxor.

17 Decimoſeptimo fallit de iure Regio.nam elapſo anno a tempore contracti matrimonij valet donatio inter coniuges, ſi filios non habent, ſi tamen filii poſtea naſcantur, reuocatur donatio, niſi in quinta parte. Vt in l.iij.titu.xij. lib.3. fori. Quod dicit eſſe menti tenendum & alibi non reperiri.Pala.Ruui.in repe.Rubr.de dona. §.liiij.nu.11.facit etiam l.ix.tit.vj.lib.iij.fori.

Et alias limitationes circa hanc regul, vide per Pala, Ruui, & Docto.in locis ſupra allega.

## REGVLA CCXXII.

DONATIO ob cauſam in filium a patre facta, debet in legitima computari. Quam reg.ponit Bar.quem ſequuntur ibi Doct. in l.in quartam.nu. 10.ff.ad l.Falc.pro qua opinio.eſt glo.ij.in Authen.ex teſtamento. C. de collatio. De iure Regio probatur in l. xxix. Tauri. Circa quam regulam vide Doctores in l. xxvj. & xxix.Tauri. Bernar.de Luc.in reg.ccxij. Roderi.Xuarez in l.quoniam in prioribus.in v.q.fol.95.C.de inoffic.teſta.

1 Limita primo, ſi res efficiantur peculij aduentitij, vt in rebus donatis ob cauſam remunerationis, ſcilicet quando donantur propter benemerita.has enim res peculij aduentitij eſſe firmat glo.communiter ab omnibus Doct.approbata in Authen. vnde ſi parens, in uerbo, Falcidię.C.de inoffic.teſtam.Ea enim quę aduentitia ſunt, communicari non debent.l.fi.C.de colla. De iure Regio eſt tex. in l. v.tit.15.par.6. Quod intellige quando benemerita rei donatæ reſponderent, vt eſt glo. notabi. communiter approbata in l. ſi donatione.C.de colla.in verbo, poſtulas, & in c. relatum. el ij. in verb. iuxta ſeruitij.de teſta.Bar.in l.ſi forte.nu.5.ff.de caſtren. pecu. Et in hoc non ſtatur confeſsioni patris, ſcilicet merita præceſsiſſe, ſed oportet ꝙ merita ſeu ſeruitia probentur, vt tenent glo.& Bart.vbi ſupra.Iaſ.in repet.l.frater a fratre.nu.44.ff.de condi. indebi. Corne.in conſi.cxliiij.nu.10. vol.ij. Marc. Mantua in l.ſi donatione, nu.46.C.de colla.& ibi Rimi.nu.8.Caſtellus in l.xxix. Tauri, in glo.in verb.(las otras donationes.)in fi.limitation.Matthę.de Affli.in deciſ.370.nu.15.Ioan.Bernar.in regu. dxxxiij.Chaſſanæ.in conſue.Burgun.in tit.(Des droictz.) Rub.iiij.in.§.vij. fol.175.col. iiij.nu.7.Ruuin.in con.xcvj.nu.2.vol.5.Catellia.Cotta in Memo. iuris.in verb.donatio.inter fratrem & filium.

2 Limita ſecundo, quando res ob cauſam donatę non ſunt ad hæredes tranſmiſsibiles. Vt in l.omni modo.in.§.imputari.C.de inof. teſta.& ſic primo alimenta per patrem filio præſtita, quæ vocant victum & veſtitum.l.legatis.ff.de alimen. & ciba.legat. in legitimam non imputantur, vt in l.quæ pater.ff.famimil.herc.tenet Bart. in d.§.imputari, Doct, in l, filiæ, licet, C, de colla, Secundo expen-

ſæ quę a patre fiunt in nuptiis aut in conſequendis honoribus filio-
rum, non imputantur in legitimam: vt eſt tex. & ibi gl. in l. iij. in §.
fi. in glo. fi. ff. de muneri. & honori. Bal. Ange. Iaſ. & Doct. in d. §.
imputari. per illum tex. & in l. j. in. §. ſed an ipſe. ff. de colla. bono.
Boer. in deciſ. 14. nu. 3. Ripa in repe. l. in quartam, nu. 163. cū aliis, ff.
ad l. Falc. Quod tamen limitat Ale. in addi. ad Bar. in d. l. 3. in §.
fina. ff. de mune. & hono. procedere, quando filius non haberet bo-
na propria & a patre ſeparata: ſecus tamen ſi haberet, quia tunc cē-
ſentur hę expenſæ factæ animo repetendi. Vt in l. fi. ff. de pet. hæ.
facit. l. Neſennius. ff. de nego. geſt.

3 Limita tertio, quando res donatæ efficerentur caſtrenſis peculij
vel quaſi. Vt in l. ſi filius. C. famil. hercıſ. Ex quo ſequitur, q̄ ar-
ma quę militi dantur & equi non computantur in legitimam. Idem
de libris qui dantur Doct. aut Aduocato, vt tenet Bar. in l. j. §. neq;
caſtrenſe. nn. 2. Idem puta in pecunia quæ a patre datur pro haben-
do Breuiario, aut pro conſequendis ordinibus, aut pro celebranda
prima miſſa: quia hęc debent dici peculia caſtrenſia: vt in l. ſacro-
ſanctę. & in Authen. præsbyteros. C. de epiſc. & cleri. Ripa in d. l.
in quartam, nu. 166. De iure Regio eſt text. in l. 4. tit. 4. par. 5. & in
l. 5. titu. 15. part. vj. Quod etiam procedit in libris a patre emptis
filio ſcholari: omiſſa diſtinctione Bar. in d. §. neque caſtrenſe. nn. 1.
& in l. ſi donatione. C. de colla. & ibi Alex. in l. filiæ cuius. & ibi,
plenius Salic. nu. 13. C. famil. herciſ. Ripa & Doct. in l. in quartam.
nu. 198. ff. ad leg. Falc. tenet gl. in d. l. filię cuius, in gl. j. pro qua opi.
eſt tex. in l. quæ pater. ff. fam. herciſ. De iure Regio probatur in
d. l. iiij. tit. 4. par. 5. in fi. & in d. l. 5. tit. 15. par. 6. ita tenet Pala. Rui.
in d. l. xvij. Tauri. nn. 16.

4 Limita quarto, quando pater ſponte ſoluit emendam pro conde-
natione filii, vt liberetur filius. Tenet Bar. in l. Sticus. nu. 2. in fi. ff.
de pecu. lega. vbi diſtinguit, q̄ ſi pater voluntarie ſoluit, ſoluta non
ſunt imputanda. Si autem ex neceſsitate forte per ſtatutum aut con-
ſuetudinem, tunc imputantur. quem ſequitur Bald. in d. §. imputari.
Quam diſtin. Bar. reprobat Fabi. de Monte, in repet. Auth. noui-
ſima. q. viij. princ. verſ. octauo quæritur. C. de inoffic. teſtam. Ripa,
vbi dicit ita communiter teneri, in d. l. in quartam, nu. 185. quia in
hoc caſu motus paterna pietate ne filius vexetur a fiſco, ſoluiſſe cre-
ditur pater. & ſic coactus ſoluiſſe. pro qua opin. facit text. in l. rele-
gatorum. in. §. fi. verſ. neq; enim. ff. de interdi. & releg. vbi dicitur q̄
ex delicto quis non debet habere beneficium.

5 Quinto limita, non habere locum in donatione ſimplici, attento
iure huius regni: nam ſimplicem donationem hodie filius conferre
non debet cum aliis fratribus, nec debet in legitima imputari. Vt in
l. xxvj. Tauri. Facit etiam tex. & ibi gl in d. Auth. ex teſtamento.
C. de coll. & ita expreſſe tenet Ciſuentes in d. l. 26. Tauri. nu. 6. &
in l. 29. nu. 1. in fi. Roderi. Xuarez in repe. l. quoniā in prioribus. in
v. q. nu. 6. fol. 96. C. de inoffi. teſta. Pala. Ruui. in l. 26. Tauri. nu. 25.

Porro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Porro alias limitati. circa hanc regul. & eius materiam vide per Docto. in ſupradict. locis: præcipue in d. l. in quartam.

## REGVLA CCXXIII.

DONATIO facta a patre filio in poteſtate, regulariter non valet. Hanc regul. probat text. in l. ſi pater. C. de inoffi. dona. & in l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vir. & vxor. & in l. ij. in. §. ſi filium. ff. de dona. & in l. j. §. ſi pater filio, & in l. ſi pater filię. ff. de vſuca. pro dona. De iure Regio probatur in l. iij. titu. iiij. par. v. & in l. 4. tit. 15. par. 6. Et circa hanc reg. vide Plat. in l. j. C. de caſtren. pecul. lib. xij. Bar. et Doct. in l. frater a fratre. ff. de cond. inde. vbi Iaſ. in j. & ij. lect. nu. 44. Iacobi. de S. Georg. nu. 33. Ioann. Crot. fol. 6. col. iij. in xij. q. Mar. Mant. nu. 327. & 342. Ferdi. Loaz. in repe. l. filiusfamilias. §. diui. nu. 77. et 85. cum aliis Lud. Roma. in l. ſi donatione, nu. 8. C. de colla. Ciſuentes & Doct. in l. xvij. Tauri. Segura in repe. l. licet Imperator. nu. 80. cum aliis. ff. ad Trebel. & in repe. l. vnum ex familia. §. ſi fundum, nu. 115. cum aliis. ff. de leg. ij. Bertran. in conſi. cclij. nu. 2. vol. j. primæ impreſsionis. Caſſanæ. in conſuet. Burgun. in tit. (Des droitz.) Rub. iiij. in prin. nu. 36. fol. 126. col. ij.

Hanc reg. cum vndecim limitationibus ponit Socin. in regu. ciij.

2 Sed vltra eum limita primo non procedere in donatione facta a Rege vel a Principe non recognoſcente ſuperiorem. Ita tenet Bal. in c. j. in §. item ſacramenta. de pace iuram. firmand. in Vſibus feudorum. facit text. in l. penul. C. de donatio. inter vir. & vxo. & ita per illum rex. tenet ibi Alexand. in addi. ad Bart. Eandem opin. tenet Crot. vbi ſupra, & originaliter ante omnes tenuit Old. in cõſil. ccxxxj. Iaſ. in d. l. frater a fratre. in j. lect. nu. 44. in vj. fall. in verſ. & ita habes expeditas omnes fallentias Bartol. & ibi Marc. Mant. nu. 348. Segura in d. l. imperator. nu. 83. ff. ad Trebel. Are. in l. placet. nu. 3. ff. de acquiren. hęred. Lancelo. Galia. in repe. l. Centurio. nu. 115. ff. de vulga.

3 Secundo fallit, quando duo filij ſunt in poteſtate, & vnus donat alteri de conſenſu patris bona profectitia vel bona propria patris, nam talis donatio ſtatim valet. Ita notab. tenet Ioan. Andræ. in additio. ad ſpecula. in titu. de inſtrumen. æditio. in. §. porro. ſuper nu. 3. incip. concipitur. & ante eum tenet Oldra. in conſi. xxvj. Cuius ratio eſt, quia ſi pater conſenſerit ꝙ hęc bona donarentur alteri filio. conſuetudo intelligitur filium tacite emancipare quo ad iſtum actum, vt valeat donatio, vt in l. ſi permittente. C. ad Mac. ſicut. n. valet donatio ſi emanciparet in totum, vt in l. vt liberis. C. de coll. ita valere debet quo ad iſtum actum. Quam deciſionem Ioan. An. exclamando extollit vſq; ad ſydera. Are. in l. placet. nu. 4. ff. de acquir. heredi. & ibi eam impugnat duplici ratione. quam etiam reprobat Iaſ. in l. frater a fratre, in prima lectura, nume. 44. in



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

octaua limita.& ibi contra eam adducit plura Mar. Mantua nume, 349. vbi in fine hoc reliquit cogitandum. Eandem opini. exprobat Segura in d.l. Imperator.nu.86.

3 Tertio fallit, quando pater remittit vſumfructum filio quem habet in bonis aduentitiis filij: nam hæc donatio ſtatim valet, nõ expectata morte patentis. Ita Barto. in repet. d.l. frater a fratre, nu.57. verſi. ſi vero donaret. & per text. in l.cum oportet. in. §. ſin autem. C. de bon. quæ liber. glo. & Bar. in l.ij. C. de inoffic. dona. cum qua doctrina. Bar. tranſeunt ibi communiter ſcribentes. & Iaſ. in d.l. frater a fratre. in 5. limita. nu. 44. vbi eam Crotus fol. 6. col. iij. verſic. fallit ergo concluſio præmiſſa.

4 Quarto fallit, quando iuſta donatio eſſet facta filio naturali tantum: cum filius naturalis non ſit in patria poteſtate. Ita notab. tenet Bartol. in l. omnes. in. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. credit. quem ſequitur Roma. in conſi. xliij. nu. 2. & in l. ſi donatione. nu. 15. ff. de colla. Crot. vbi ſupra, verſi. quinto fallit. & ibi Marc. Mantua. nu. 353. Quod tamen intelligo verum, niſi donatio fiat in fraudem: vt in d. §. Lucius. ita notabili. concludit idem Rom. in con. cccxcvij. nu. 1. quem ſequitur Mantua vbi ſupra. Pro qua facit ꝙ tradit Carol. Molinæ. in tractatu de inofficioſ. teſtamen. donation. et doti. nu. 49. cum aliis. Quod hodie de iure Regio habet locum vſque ad quintam partem bonorum extantibus aliis filiis legitimis: vt in l. ix. & x. Tauri. quod etiam in ſpuriis habere locum dicunt ibi ſupradict. iura.

5 Quinto fallit, quando pater donat aliquid filio pro legitima: nã tunc valet donatio facta filio in poteſtate. Iſte eſt notab. caſus: ſecũdum Angel. ibi, in l. ſi non mortis. ff. de donatio. inter vir. & vxo. quam opinio. vbi eam latiſsime examinat, ſequitur Iaſ. in d.l. frater a fratre, in 7. limi. nu. 44. & in rep. nu. 23. vbi adducit pro ea plura fundamẽta, poſtea relinquit cogitãdum. Mar. de Mantua in d.l. frater a fratre. nu. 356. Pariſ. in d. conſ. 16. nu. 35. vol. ij. Eand. opini. & tenet Bal. in l. cum oportet. §. non autem. C. de bonis quę liber. l. eam latiſsime examinat. & tenet Rodericus Xuarez in repetit. l. quoniam in prioribus. in princip. fol. 3. nu. 4. C. de inofficio. teſtam. Contrariam opinionem, reprobando illud dictum Ange. tenet Rte. in l. placet. nu. 4. ff. de acquiren. hære. Segura in l. vnum ex familia, in. §. ſed ſi fundum. nu. 116. ff. de lega. ij. & in repet. l. Imperator. nu. 84. ff. ad Trebell. Deci. vbi hoc notabiliter declarat, in conſil. 86. nu. 8. & contra Ang. vbi eam latiſsime examinat, tenet Ferd. Loazes. in repe. l. filiusfamil. in verbo diui. nu. 75. ff. de lega. j. Mouentur omnes ſupradicti Doct. tali fundamento, quia alimenta debentur filio in vita patris. l. ſi quis a liberis. in princ. ff. de lib. agnoſc. tamen donatio in cauſam alimentorum a patre filio in poteſtate facta, nõ valet. glo. notab. quam ibi approbat Bald. in l. ij. C. de inoffi. dona. ita eodem modo non debet valere donatio facta filio pro legitima. Eandem opinionem contra Angel. tenet idem Aret. in conſ. xvij. nume. 4.

name.4.cum.ſequen. Eſt tamen verum quod doct. ſupradicti aſsignant plures intellectus ad illud dictum Ange. & ad d.l. ſi non mortis.nam Deci. in d. conſil. dicit, quod procedit in filio emancipato.Segura in d.l.Imperator.dicit quod loquitur in filio emancipato,vel in matre.Iaſ.in d.l.frater a fratre.tenet etiã hoc in l.lect. nume.44.ſcilicet quod loquatur in matre vel in filio emãcipato:poſtea tamen dicit quod valet ſupradicta donatio facta filio in poteſtate pro ſua legitimã,ſed reuocabiliter.quem ſequitur Mar.Man.ibi num.257. Et Ang.contra. tenet,vbi eam etiam latiſsime examinat (Didacus del Caſtillo) in l. xvij. Tauri colum. 2. in princi. verſi.ſed doctor de Segura. vbi per illam.l.xvij. approbatur opi. Iaſ.ſupradicta, ſcilicet, quod iam quod valet donatio facta per patrem filio pro ſua legitima, valet reuocabaliter, & ſic poterit a patre quandocunque reuocari.& ita procedit dictum Ang.vt expreſſe tenet ibi Caſtil. per dictam l. xvij.in colum.4.in principio,que expreſſe hoc diſponit, ibi, (pueda la reuocar quando quiſiere.) Quod tamen eſt verũ niſi pater poſtquam fecit ſupradictam donationem,non ſolum pro legitima,etiam in quocunque caſu fecerit donationem filio ſuo de tertia parte bonorum ſuorum, ſi poſſeſsionem filio tradiderit.prædicta donatio a patre reuocari nullo modo poterit,etiã ſi filius ſit in poteſtate,per ſupradictã l.xvij.& ſic per illam l. corrigunt in omnia ſupradicta iura prohibẽtia donationẽ per patrem filio in poteſtate fieri poſſe.

6 Limita ſexto,non procedere in matre quę poteſt facere donationẽ filio ſuo in poteſtate. Vt in d.l.12.Tauri. ibi, (o la madre.)dũ tamen tradat poſſeſsionem filio ſuo, alias autem bene poterit eam reuocare,ſecundum Pala.Ruui.ibi num.12.& ibi Caſtil. in glo.in verbo,(la madre.)Per quam l.corrigitur text. in d.l.ſi non mortis ff.de inofficio.teſtamen.& in l.ſi cõſtante.C. de donatio. inter vir. et vxo.vbi.dicitur,quod mater non poteſt donationem a ſe factam filio reuocare, quia non habet filios in poteſtate ſicut pater, vt in §.fœminæ.Inſtit.de adop.& per totum Inſtitu.de patria poteſta. ſed per ſupradictam l. poſſeſsio non tradita, bene poterit reuocari.

Et circa tertiam limitationem quam ad hanc regulam ponit Soci.vbi ſupra,ſcilicet quod talis donatio cauſa ſtudij valet, vltra doctor.qui ita tenẽt in d.l.17.Tauri,tenet etiam Segura in d. l. vnum ex familia in.§.ſed et ſi fundum nu.131.ff.de leg.2.et Ferd.Loazes in reperi.l.filiusfam.in §.diui.num.85.ff.de lega.j.& vide poſita ſupra in regu.87.Petr.Rebuff.in tracta.de priuile.ſcholarium, priuil. lx.num.2.& vide ſupra in reg.lxxxvij

Et circa octauam limitationem Socin. ſcilicet quod quando interuenit iuramentum quod valet talis donatio vide poſita ſupra in regu.ccxix,in 2,ampliatione.

## REGVLA CCXXIIII.

DONATIO excedens quingentos ſolidos non valet, niſi fue
rit inſinuata. Eſt tex in l. ſi quis pro redemptione. in §. cæteri
C. de donation. & in l. ix. in fi. titu. 4. par. 5. per quę iura corrigitu
tex. in l. ſancimus C. eodem quæ vſq; ad trecentos aureos tantum
modo permittebat. tenet Bar. & doct. in l. Modeſtinus ff. de dona
Bal. & ibi doct. in l. illud C. de ſacroſan. eccle. & in l. fina. C. de i
re doti. Circa quam regulam vide Fran. Are. in conſi. lxxvij. Pa
Pari. in cōſi. xxv. nu. 53. & in conſi. lxix. nu. 93. lib. 3. Soci. Iun.
conſi. lxix. nu. 37. & in conſi. lxxvij. nu. 55. lib. j. & in conſi. lxvi
nu. 18. & in conſi. cxviij. nu. 2. volu. 2. Caro. Ruin. in cōſi. clix. nu
6. & 15. volu. 4. Ioan. Bart. de Scarampis in conſi. cxj. nu. 6. inte
cōſilia Alberti. Bruni. Pala. Ruui. in repe. rubr. de donat. inter vir
§. 19. nu. 6. Andræ. Tiraquel. in legibus connubia. in glo. 4. nu. 10
& in glo. v. nu. 32. & 34. & in glo. 6. nu. 177. & 272. Ioan. Beſſani
in conſuetu. Aluerniæ, c. 15. arti. xlij. & notabiliter Anto. de Cana
rio in tracta. de inſinuatione, in prima, & ſecunda parte. nu. 1. cum
ſequen. Ioan. Igne. in Authen. ex cauſa nu. 207. C. de liber. præte
Guid. Papa in conſi. 57. & in deci. 325. Aymon publicia. in glo. ad
dicta conſuetu. Aluerniæ, arti. 42.

Rationes autem quare donationes inſinuari debeant, ſunt qua
tuor. Prima eſt vt inter inſinuationem & donationem, donans deli
berare poſsit an ſibi expediat donationem perficere. Vt in Authē.
de appel. & intra quæ temp. in prin. verſi. vt liceat homini intra id
ſpatium pleniſsime deliberare. coll at. 4. Secunda ratio eſt, vt ite
ratio actus oſtendat mortis perſeuerantiam. Vt in l. vna C. de plus
petitio. ſicut dicitur de actu geminato, vt in l. Baliſta. ff. ad Trebel.
Vt in l. ſi decr

Tertia ratio, vt tollatur deceptionis ſuſpicio. Vt in l. ſi decr
piendi. ff. ad Velleia. nam ſicut pręſentia amicorū tollit ſuſpicionē
fraudis: ita preſentia iudicis, vt in l. tranſactione & in l. ſiue apud
acta. C. de tranſactio. ita tenet Guido Papa in conſi. 57. col. 2. ver
ſicu. 1. Andr. Tiraquel. in legibus connubia. in gl. 6. nu. 177. vbi di
cit, quod aperte iudex debet intelligere quod iſti intenderant dona
tionem conficere, ad hoc vt inſinuatio valeat, alias licet interpona
decretum, non valebit. iſta eſt glo. notab. ſecundum eundem ibi, in
l. tutor bonorum. verſi. amici eius, & iudices ſcientibus. ff. de bono
rum poſſeſsio. Quarta ratio eſt, vt occuratur falſis probationum
modis. Vt in l. finali. C. de fideicom. Quas rationes ponit Anto.
de Canario in d. tract. de inſinuatione q. 9. nume. 18. referendo ſe ad
Specul. in tit. de inſtrumen. æditio. in §. porro. Bartol. tamen
in d. l. Modeſtinus nu. 3. addit duas alias rationes. Prima ne ſi clam
fiat, homines fraudentur. Vt in l. data. C. de donat. & quia in ma
gnis quantitatibus, magna exigitur obſeruatio. Vt in l. fin. & in
Auth. ibi poſita C. ſi certū peta. Anto. de Canario in d. quæſt. ix.
dicit has ratiōes magiſtrales, excepta illa quę ponitur in d. l. data,

Facis

Facit etiam alia ratio, quia reipublicæ intereſt ne quis re ſua male vtatur. Vt in. §. fin. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel aliȩ iuris.

1 Amplia primo prædictam regulam, habere etiam locum in creditore qui remiſit donum ſibi debitã, quia remiſsio donatio eſt. Vt in l. ſi mulier ff. de condic. cauſa dat. Et ꝙ in remiſsione facta cauſa donationis requiratur inſinuatio, tenet glo. j. & ibi doct. in l. ſi quis obligatione ff. de regulis iur. & ibi Hierony. Cagno. nu. 5. dicit eſſe communem opin. Eandem opin. tenet. Bar. in d. l. Modeſtinus nu. 1. Bal. in l. pactum nu. 12. C. de collat. quam dicunt communem eſſe Alex. & Deci. in l. creditori nu. 12. C. de pact. idem Alex. & ibi. Iaſ. in l. ſi mulier nu. 1. C. de cõdict. cau. dat. Fel. nu. 2. in c. veniẽs el j. de teſtib. docto. idem Alex. in conſi. cxxxviij. nu. 28. volu. 2. Andr. Barb. in conſ. xli. nu. 24. verſicu. item eſt etiam ponderandũ. libro j. quod tamen declarat ſecundum. Felin. vbi ſupra, & Roma. in d. l. Modeſtinus nume. 41.

2 Amplia ſecundo, ſiue donatio fuerit facta extraneis, ſiue coniũctis. Ita tenet Bal. in l. data. in prin. C. de dona. quia eadem ratio, & maior videtur inter coniunctos, quã inter extraneos, ut concludit Barbat. in conſi. 23. nu. 10. verſi. modo in propoſito vol. 2. facit quod notat Marc. Mant. in Apophth. 79.

1 Limita primo, nõ procedere in dote. Vt in l. fin. in §. j. C. de iure dot. & in l. fina. C. de donat. ante nup. & hoc fauore dotis ſtatutum eſt, ſicut multa alia, vt in l. j. & ibi no. ff. ſolu. matri. Et hæc limi. probatur de iure regio in l. ix. in fi. tit. 4. par. v.

2 Limita ſecundo in donatione propter nuptias quȩ non eſt minoris fauoris quam dos. Vt in l. fin. C. de donat. ante nup. imo dicitur ꝙ in ſubſtantia nihil diſtat. ad hoc facit tex. in Auth. eo decurſum C. eo. ti. & in Auth. vt fratrum filii in. §. illud colla. 9. & in Auth. vt ſponſ. largi. in prin. coll. 9. ita Ang. in d. §. illud nu. 1. Gui. Papa in deci. 325. nu. 2. Ant. de Canario in tract. de inſinuatio. in 2. par. q. 4. nu. 4. Bal. Nouel. in trac. de dote in 6. par. prin. q. 47. nu. 2. Bald. in Auth. dos data. §. ſimiliq; modo C. de dõ. ante nup. Bar. in l. cũ mulie. in pri. C. de dona. ante nup. Io. Baſsi. in cõſue. Aluerniȩ. in d. arti. xlij. fo. 107. licet olim inſinuatio requirebatur. vt in d. l. fi. C de donat. ante nup. & in l. fi. §. ſimiliq; mõ C. de iure dot. & in d. l. ſancimus in prin. C. de don. Quod verum reſpectu mulierum & in earũ fauorem, ſecundum ſuprad. §. illud & ibi Ang. & d. Auth. eo decurſum Pau. Pariſi. vbi hoc declarat, in conſi. 17. nu. 14. vol. 2.

3 Limita tertio, non procedere in donatione feudali, vt ſi rex vel alius dat caſtrũ aut aliam rem in fendũ, valebit ſine inſinuatione. Ita tenet Bald. in c. peruenit el 2. nu. 4. de iureiuran. Idem in alia donatione a principe facta. Vt in l. illud. C. de ſac. ſan. ecc. in l. ſancimus ver. exceptis C. de donatio. & ibi doct. & in Auth. vt nõ fiãt pigno. in. §. illud colla. v. Ant. in Canario de tracta. de inſinuatione, in 2. par. nu. 1. Matth. de Afflict. vbi hoc declarat, in c. j. in. §. itẽ ſacramenta, gl. 4. nu. 33. de pace iura. firman. in vſibus feu.

4 Quarto fallit,in donatione remuneratoria & mutua. Vt in l.ſi pater.& in l.Aquilius Regulus & ibi glo.in verbo,non meram ff. de dona.& in l. fina. & ibi glo.in verbo , obſeruatione. C.de iure dot.& ibi Ang.de Peruſio.tenet Bal.in l. illud nu.8.de ſacroſan.ec cle.Iaſ.in l.ſi nō ſortem in.§.libertus nu.8.ff.de condi. indebi. vbi dicit valere prædictā donationem,dum modo facta ſit propter ſeruitia præcedentia,& ſeruitia ſint æquiualentia donationibus. idem Iaſ.vbi hoc no.declarat.in l.ex hoc iure.nu.53.ff.de iuſt.& iu.Segu ra in repet.l.ab exhæredati ſubſtituto num. 91. ff. de leg.j.Bart.& ibi.not.Io.de Imo.in d.l. Aquilius Regulus. Anto. de Cenario in d.tract.in 2 parte quæſt. xij. nu. 15. Ratio eſt , quia talis donatio non eſt proprie donatio,ſed potius quædam permutatio ſeu compen ſatio,vt in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.in fi.ibi, velut genus quoddā hoc eſſe permutationis.ff.de petitione hære.& in d.l.Aquilius Regulus verſi.dixi poſſe defendi.Et talis donatio non reuocatur prætextu ingratitudinis,nec in ea habet locum tex.in l.fina.C.de reuo can.donat.nec alia iura communia loquentia de donatione, vt eſt tex.iuncta glo.in l.ſi pater.§.j.ff.de donatio. & ibi docto.& gl.& ibi doct.in d.l.fin.in verb.inueniatur,Ripa in repet.q.xliiij.Carol. Moline.in conſuet.Pari.ti.j.§.xxx.nume.99.Boer. in deciſio.27. Et vltra iſtum effectum & alios effectus huius obligationis antido ralis, vide xviii.effectus Per Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.libertis nu.9. ff.de condit.indebi.xix.effectus ponit idem Iaſo. in l. ex hoc iure num,15.cum aliis.ff.de iuſt.& iu.alios ponit Fortunius Garcia in l. j.§.ius naturale nu.37.ff.de iuſt.& iure,& quatuor & triginta ponit And.Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam in uerbo donatione largitus nume.11 .cum ſequen.C.de reuocan.donation.

5 Quinto fallit,in donatione iurata. Vt tenet Io. Andr,in addition. ad Specu.in titu.de inſtrumen.æditione in porro in additione in cip.minus. Federi. de Senis in conſil. cclxxxj.nume.1. Bald.in cap.cum contingat .nu.13,de iureiuran.& ibi Ioan. de Imol.vbi la tiſsime hoc examinat nu.90.per quatuor col. & ibi Abb.nu.17.Io. Faber.in.§.& cum retro num.3.Inſti.de donatio. Alex.in conſi.4. nu.10. & in conſi 12.nu.4.vol.j. & in conſi. clvij.nu.19.vol.2.& in conſi.21.nu.11.volu.3.Socin.vbi plene eam diſputat & conclu dit,in conſi.lxxvij.nu.10.vol.1.vbi dicit,quod hęc opinio eſt ve rior,& quod ſemper pro ea iudicaret & conſuleret.Et eam dicit eſ ſe communem Iaſ.in conſi.51.colum.fina.volum.1.Franciſc.Curt. Iuni.in conſi.xxxiiij.nu.1.Deci.in conſi.ccxxxix.nu.3.& in cō ſi.ccccxxxij.nu.11.et 15.& in conſi.488.nu.6.Ripa libr.3.reſponſ. cap.11.nu.11.Matthæ.de Afflict.in cap.1.nu. 36 . de feudo dato in vicem l.commiſſ.in Vſibus feudo.

Hanc opinionem dicit etiam eſſe communem Soci. Iuni.in cōſ. 67.nu.20.vol.2.Alex.vbi dicit ita fuiſſe conſultum per multos do cto.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.& eam tenet plures docto.quos re fert Andræ.Tiraquel.quos propter prolixitatem nō refero in repe.

d.l.ſi vnquam.in pręfatione,nume. 143.Anto. Rubæus Alexand. in conſil.59.nu.2.Pariſius,vbi eam dicit communem, in conſi.69. nume.95. vol.3. Contrariam tamen opinionem, imo quod prædicta regula & leges eam probantes non poſsint iuramento renunciari,tenent Gulielmus de Cugno, Alberi. & Bal. ſibi contrarius in l.illud,nu.9.C.de ſacroſan.eccle.& dicit Imol.in d. l. Modeſtinus,quod iſtud eſt de mente Bar.ibi,in nu.ſi. dū ſe remittit ad not. per eum,in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.idem tenet Anto.de Canario in d.tractatu.2.par.quæſtio.33.nu.50.vbi per totam q. hoc examinat,& tenet hanc opinio.maxime in nume. 59. Ange. in conſi. 179.nu.7.vbi dicit hoc eſſe verum,etiam in donatione facta inter coniunctos & inter fratres. Et eam dicit communem Andr. Barb. in conſi.16.nume.16.verſi.& ſi quiſpiam dixerit. vol. 2. col. x.in prin.Alex.ſibi contrarius in addi.ad Bar.in l. poſt mortem. ff. de adoptio,Barba.in conſil.22.incip.uiſo celebri.in 2.col. in fine.verſic.quod vero opponitur.vol.4.Angel.Areti.in.§. alię.nu. 5. & 9. Inſtitu.de donatio. idem Barba. & quam plures doct. tenent hanc opinionem,quam ipſe refert in conſi.66.nume.23. & in conſi. 67. per totum,inter conſilia Curt.Senio.Barto.de Scarampis in conſi. 111.nu.6.inter conſilia Alber.Bru.Rom.in d.l. Modeſtinus,num. 18.Lauren.Calcane.in conſi.25.nu.33.verſi.nec obſtat etiam quod dicatur.Ruinus poſt plures quos refert in conſi. 159. nu. 6. vol.4. & ibi nume.15.refert contrariā opinionē,in qua ſe non bene firmat propter ambiguitatem opinionum. & alij etiam doctor.quos refert Maria.Socin.Iunior in conſi.69. nume. 39. & in conſil.77.nume. 58.col. 1. vbi refert has duas opiniones & etiam ſe non bene firmat.& alij etiam doctor.quos refert Andræ.Tiraquel. in repe.l.ſi vnquam.in pręfatioue,nume.153.C.de reuocan. donatio. & hanc opinio. vbi adducit pro ea plura fundamenta, & dicit quod ſecundum eam ſi caſus eueniret ſemper conſuleret & iudicaert, tenet Ioan.Crottus in repetitio.l.nemo poteſt,col.14.verſi. fallit hęc cōcluſio.ff.de legat.1.

Sed hæc poſterior opinio verior mihi videtur,quod donatio etiā ſi ſit iurata,ſi non ſit inſinuata non valet. Ratio prima facit, nam vt ſupra dixi in rationibus huius regulę,inſinuatio fuit introducta fauore publico,ne quis effuſa liberalitate patrimoniū ſuum exhauriat,ideo iuramentū nullum effectum operatur.vt in c.ſi diligēti,de foro compe.not. in l.iuriſgentium.§. ſi paciſcar. ff. de pact. Secunda ratio facit,nam donatio omiſſa inſinuatione ideo eſt nulla, quia pręſumitur facta eſſe in fraudem, & ſic ad euitādas fraudes quæ cōmitti poſſunt,maxime inter coniunctos,vt in d.l.data. C. de donationibus,& ſic etiam in odium recipientium clandeſtinas donationes.Si ergo iuramentum firmaret contractum donationis abſque inſinuatione,pręſtaret occcaſionem delinquendi,contra l.conuenire. ff.de pactis dota.& ſic videretur iuramentuum contra bonos mores quod non valet,cap.non eſt,de regu.iur.libr.6.& ſic vbicunque l.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel ſtatutũ præſũ mit fraudem in aliquo contractu. iuramentum in-
terpoſitum ſuper illo contractu non firmat, dictum contractum, ita
Bal. Sali. Pau. de Caſtro in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer-
ſus vendi. Bar. in l. omnes populi. in 2. q. 3. q. prin. ff. de iuſtitia & iu-
re. Roma. in conſi. 12. pro qua opin. faciunt alia quam plura funda-
menta quæ traduntur a Docto. in locis ſupra allegatis quæ propter
prolongatam non curo referre.

6 Sexto fallit ꝙ donatione facta eccleſiæ, vel alicui pio loco. Ita
tenet Bar. & Albe. in d. l. illud. C. de ſacroſan. eccle. per illum tex.
Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de inſtrum. æditio. in. §. porro. ſuper
verbo, ſed illa lex. Ioan. Calde. in conſi. 3. ſub rubr. de donatio. tex.
in l. ſi quis ꝑ redẽptione. C. de dona. Rom. in d. l. Modeſtinus. nu.
11. Felin. poſt Anto. in c. eccleſię ſanctę Marię. nu. 82. de conſtitu.
vbi dicit hanc eſſe communem opinionem & allegat quam plures
doctores eam tenentes. Ripa in lib. 3. reſponſo. c. 11. nume. 10. Abb.
in c. relatum. el 1. de teſta. Pariſius. in conſi. 70. nu. 23. vol. 4. Petrus
Rebuffus in tract. de priuilegiis ſcholarium. priuile. 64. vbi dicit,
quod idem eſt in donatione facta ſcholari tanquam pia, & dicit
quod eſt communis opinio.

7 Septimo fallit, quando princeps ex certa ſcientia confirmat do-
nationem nõ inſinuatam. Ita tenet Panor. in conſi. 84. nu. 1. cũ ſeq.
vol. 11. vbi cõſuluit, reſcriptum principis, ex certa ſcientia, confir-
mans donationem non inſinuatam, valere etiam in præiudicium fi-
liorum quibus erat ius in quęſitum ſpe probabili: quia inſinuatio
eſt ſolennitas quædam de mero iure poſitiuo introducta, quam ob
rem eſt in arbitrio principis. Ita Alexã. in l. quamquam. C. de mili-
tari teſta. Alciat. in tracta. de præſump. in 3. regu. pręſump. 11. nume.
8. Doct. in titu. de confirmatio. vtili vel inutili. facit quod ſupra di-
xi in regu. 43.

8 Octauo limita, in donatione facta coram iudice, quia eo ipſo vi-
detur inſinuata. Vt in l. omnium, & ibi doct. C. de teſta. & l. ſanci-
mus. C. de dona. Bar. & doct. in l. Modeſtinus. ff. de donatio facta
tex. & ibi docto. in l. fi. C. de prędiis decurionum. lib. 10. Alex. in
conſi. 20. nume. 5. vol. 3. Quam opinionem tenui. Bar. in l. Modeſti-
nus. nume. 3. Iaſ. vbi hoc not. declarat, in d. l. omnium. nu. 4. Andr.
Tiraquel. in legi. connubia. in gl. 5. numero. 32 Et an iudex ſi faciat
donationem coram ſe poſsit inſinuatio fieri? Vide notab. Bart. in l.
conſul. numero. 3. ff. de Adoptio. Anto. Capicium, vbi hoc notabili-
ter examinat, in deciſio. 203. nu. 13.

9 Limita nono in bonis donatis in teſtamentis, quia donationis no-
mine non venit teſtamentum. vt in l. alienatũ. §. fin. ff. de verb. ſigni.
& ſic inſtituti in teſtamento non tenentur inſinuare, licet ſi teſta-
menta facta ſint coram curato & teſtibus, iuxta cap. relatum. cap.
cum eſſes de teſtamen. oporteat quod publicentur & in publicam
reducantur formam ad hoc vt probent, in l. publicati. C. de teſta-
men. tamen hic non agitur de illa publicatione, nec de illa quæ ad

aperturam

aperturam teſtamentorum fieri ſolebant, vt l.prima & ſecunda. ff.
quemadmo.teſta.aper.

10 Limita decimo, in lucro quod quis acquirit ex legis vel conſue-
tudinis diſpoſitione. Tenet Bal.in Authen.eo. decurſu.de donatio
ante nupt.numero. 2.

11 Limita vndecimo, in caſu l.vnicæ, in ſi.C. de plus petitio. ibi,
ſiue inſinuatę ſint, ſiue non.

12 Limita duodecimo, in donatione cauſa mortis. Vt in l.fina.C.de
donatio.cauſa mor. vbi hęc donatio omnes effectus ſortitur quos
habent vltime voluntates. Et ita expreſſe concludit Guido papa in
deciſ.dcx.& in deciſ.325.nu.2.notat glo.in l. ſi quis pro redemptio
ne.in verbo ad refectionem.C.de donatio.ꝙ ibi Bar.Sali. & Ang.
Spec.in tit.de inſtr.ęditione, in.§.porro.Et hanc opi.tenet expreſ-
ſe Anto.Rub.in conſi.59.nu.1.vbi poſt Bar.in d.l.fi.dicit ꝙ per il
lam l. eſt correctus tex.in l.donatio.C.de donatio.eandem opi.per
d.l.fi.tenet Anto.de Canario in tract.de inſinuatione.in 2. par.q.7.
nume.7.

13 Limita decimotertio, non procedere in contractibus, qui donatio
nis nomine non continetur, & ideo venditio & alij contractus nõ
inſinuantur. Vt in l.Labeo in.§.contractum.& ibi doct.de verbo.
ſign.maxime Cępo.nu.4

14 Decimoquarto fallit, ſi filia renuntiat futurę ſucceſsioni, quia in
hoc non requiritur inſinuatio, ſecus ſi hæreditas eſſet iam quęſita,
& filia remitteret, quia tunc donatio eſt. Ita tenet Bal. in d. l.illud.
nu.7.verſ.quid ergo dicemus.quem ſequitur Ant. de Canario. in d.
trac.de inſinuatione, in 2.par.q.16.nu.21. Idem eſt ſi fiat pactum
inter fratres, quod vnus alteri ſuccedat. vt in l.licet.C.de pact.quia
potius dicitur contractus quam donatio, & ob id inſinuatio non re-
quiritur.ita Ioan.And.in additio.ad Spec.in tit.de inſtrum.æditi.in
.§.porro, quem ſequitur Anto.de Canario, vbi hoc notabil.exami-
nat, in d.tract.in 2.par.q.nu.23.

15 Decimoquinto limita, in confeſsione facta in iudicio animo do-
nandi, quia inſinuatio non requiritur. Vt in l.quidam in iure. & ibi
Bartol.nume.1.ff.de donatio. Bald.in d.l.illud. nu.12. C. de ſacroſ.
eccleſi.quia pro inſinuata habetur poſtquam in iudicio facta eſt, &
ita tenet Anto.de Canario in dict.trac.in ſecunda parte, quęſtio.15.
nume.21.

16 Decimoſexto fallit, in donatione rei alienæ, cum non ſit proprie
donatio.vt in l.in ædibus.§.fi.ff.de dona.nam vſucapionis conditio
non eſt donatio, quia procedit a lege, & non iudi.dona. Ita conclu-
dit Bal.in l.poſt mortem.nu.14.C.de fideicom.quem ſequitur Ro-
ma.in d.l.Modeſtinus.nu.16.

17 Decimoſeptimo limita, in remiſsione vſurarum futuri temporis.
Vt in d.l.Modeſtinus.& ibi Bart.& Doct.glo.in.§.alię. in verbo,
inueniri.Inſtit.eod.titu. Rationem ponit Anton.de Canario in d.
tract.in 2.par.q.13.nu.13.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

18 Limita decimooctauo: quando plures donationes ſunt factæ di uerſis temporibus, quę ſimul congregatæ eam ſummam excedunt, tunc enim non requiritur inſinuatio. Ita probat tex. in l. ſancimus, in. §. ſi quis autem per diuerſa tempora. & ibi expreſſe Bal. & do cto. C. de donatio. & ita tenet expreſſe per illum tex. Ioan. Igneq in Authen. ex cauſa. nu. 207. C. de libe. prete.

19 Decimonono fallit de iure antiquo, in quo 72. aurei faciebant li bram auri, vt eſt glo. 2. in Authen. de defenſio. ciuita §. & iudican colla. 2. & in l. in eũ. ff. de in ius vocan. & in l. quicunque in glo. in verbo, vel viginti. & ibi Bal. & Salice. C. de ſer. fugi. & in l. quo tieſcunque in verbo. haud. C. de ſuſcep. & arcariis. lib. 10. & in rub C. de veteris numiſ. poteſta. lib. 11. & in. §. omnium autem. Inſtit. de pœna temere litigan. & in l. fin. C. cõmunia de legat. & in l. d eſt. ff. de dolo. Sed cum hodie aurei quibus vtimur ſunt minoris po deris, & 96. faciunt libram auri, & ſic hodie ducatus non eſt niſi octaua pars vnciæ, ſecundum Bar. in d. Rubr. C. de veteris numi ſmatis poteſta. & in d. l. quoties. Abb. in c. conquerenti. nu. 6. de of ficio ordin. & ibi Fel. diffuſe nu. 2. idem Abb in c. nulli. nu. 1. de ra dęis. Pau. de Caſtr. in l. fi. & ibi doct. C. communia de lega. ideo do natio hodie valet vſque ad octingentos aureos, quia aurei uel ſolidi de quo in illa l. debent cõputari ſecundum tempus quo facta fuit il la lex. Ita in expreſſis terminis tenet Angel. in l. ſancimus. num. 4. C. de donati. Iaſon, vbi dicit quod ita obtinuit in l. 2. in. §. ex his nume. 16. ff. de verbo. obliga. & in l. quæ extrinſecus. eod. tit. & in l. in eum. nume. 1. ff. de in ius uocan. Pau. Caſtren. in l. fi. C. commu. de lega. Iaſon in l. puniri nu. 2. C. ſi contra ius vel vtili. publi. Quã opinionem tenet Deci. in conſi. 229. nu. 3. Fel. in c. conquerente. nu. 2. de officio delega. Bartho. de Chaſſanę. in conſue. Burgund. in tit. (des iuſtices,) Rub. j. §. 7. fol. 76. col. 4. nu. 1. Alex. in conſi. 4. nu. 9. in fi. vol. 1. Alciat. in l. etiam aureos nummos. & in l. hęc nuntiatio ff. de uerb. ſignifi. Alber. Brutus in tracta. de augumento, in ultima concluſione. j. q. principalis col. 2. uerſi. olim. Hodie tamẽ in noſtris temporis cum ad conſtituendã libram auri requirantur plus quam centũ & uiginti aurei uel ſolidi, uidetur ꝙ donatio ualeat etiã poſt mille aureos ſine inſinuatione, attenta ſupradicta limitatione.

## REGVLA CCXXV.

Dos de neceſſitate debetur eccleſię uel pio loco ſufficiens & ꝑpetuo: & tradi debet in limine fundationis, uel acquiſitionis iuris patronatus. Hanc Regulam probat tex. in c. placuit. & ibi glo. j. q. ij. & in c. nemo. de conſecra. diſtin. j. glo. in c. piæ mentis. in uerbo collata. xvi. q. vii. & in c. cũ ſicut. & ibi Abb. de conſecr. eccle. vel altaris. & ita expreſſe tenet Lãberti. in tractat. iuris patronatus. in j. par. j. lib. in x. artic. v. queſt. prin. nu. 1. cum ſeq. Et quod dos eccle ſiæ

ſitæ debeat eſſe perpetua, probat tex. in c. ſine exceptione. xij. q. ij. & in c. nulli. de reb. eccle. non alie. ita tenet Lambert. in d. tracta. in j. parte j. lib. in ij. articu. 5. nu. 3. & in artic. 5. nu. 1. Et ꝙ debeat tradi in limine fundationis, probat text. in d. c. nemo. & firmat Lambertinus in d. arti. x. & per totam illam quæſtionem notabiliter tractat materiam huius regulæ.

Hanc regulam cum viginti ampliationibus, & ſex limitaiioni. ponit Ceſar Lamberti. in d. tracta. in j. par. j. libr. in xxij. articul. 5. quæſtio. princi. fol. 46. col. 3. num. 3. vſque ad finem.

## REGVLA CCXVI.

DONATIO facta per criminoſum poſt crimen contractum, ante ſententiam condemnatoriam, valet. Hanc regu. probat tex. in l. poſt contractum. ff. de donati. De iure regio probatur in l. ij. tit. iiij. par. 5. & in l. 5. tit. 11. lib. iij. fori. Circa quam regul. vide Bar. in l. ſi is qui bonis. ff. de acquiren. hæred. Doct. in l. ex iudiciorum. ff. de accuſa. Salic. in l. ſi quis poſthac. C. de bon. proſcri.

1 Limita primo, quando delinquendi propoſitum ex pęnæ ſuſpicione fieret. Vt in l. ſi aliquis. in ij. reſpon. ff. de dona. cauſ. mor. & in l. in fraudem. ff. de iure fiſci. & in l. ſed & ſi maritus. ff. qui et a quib. in fi. & in l. quæſitum. la j. eod. titu. Circa quam limita. vide notab. vltra Bar. Roma. in d. l. poſt contractum. num. 3. vbi notabiliter eam examinat.

2 Limita ſecundo, quando etiam poſt delictum ante accuſationem donauit bona, quę ipſo iure publicata erant. Vt in l. commiſſa. ff. de publica. & vectiga. & in Auth. inceſtas. C. de inceſt. nup. Scribentes l. Imperatores. ff. de iure fiſci. & in c. cum ſecundum. de Hæreticis. lib. 6. Facit quod ſupra dixi in reg. cl. vbi in fine poſui ccl. caſus in quibus confiſcatio bonorum fit ipſo iure.

3 Limita tertio, quando bonorum adminiſtratio ob delictum eſſet interdicta: vt in crimine lęſæ maieſtatis, & repetundarum. Vt in l. ex iudiciorum. ff. de accuſa. & in d. l. quęſitum. tradit Bar. in d. l. poſt contractum. nu. 12. Quod tamen non procedit in alienatione neceſſaria: vt in l. reo. ff. de ſolu. & in l. alienationes. ff. famil. hercif. & in l. peto. in. §. prędium. ff. de lega. ij. Quod intelligendum eſt pro ſuis alimentis, aduocatis, & ſcripturis ad eum pertinentibus. ita tenet Bar. in d. l. poſt contractum. nu. 12. quem ſequitur Didacus a Couarru. in Epitome. de ſponſali. in ij. par. c. 6. §. 8. num. 9. quem ſequitur Hannibal. in repe. l. poſt contractum. num. 481. facit quod ſupra dixi in regula lxviij. in x. limitatione.

4 Quarto fallit, quando alienatio eſſet irreuocabilis, vt actio libertatis facta ſeruo. Vt in l. qui pęnæ. ff. de manumiſſio. Ita tenet Bar. in d. l. poſt contractum. nu. 12. & ibi Imol. nu. 4.

5 Quinto

5 Quinto fallit, quando poſt accuſationem non comparet in iudi
cio: vt in l.ſi.ff.de requiren.reis. Ita Barto.in d. l. poſt contractum.
nu.13.& ibi Roma.nu.11.

6 Sexto limita, vt per glo.in d.l.lex iudiciorum, quando poſt li
tem conteſtatam fieret: quia videtur eſſe litigioſa. Quæ ſenten
reprobatur a pluribus: quia non ſit litis conteſtatio criminalis
rei petitionem, ſed ad vindictam.l.quãquam.§. Iulianus.ff.de aq.
pluui.arcend. ita tenet Bar.in d.l.poſt contractum.nu.14.

7 Limita ſeptimo, quando poſt ſententiam condemnatoriam
Vt in l.ſi quis poſthac.C.de bon.pręſcrip. Niſi appellatum ſit, q
quid dicat Bar.in d.l.poſt contractum.nu.15. nec obſtat text. in
chirographis.in.§.j.ff.de admi.tut. quia illic fuit prima ſententia
firmata per ſecundam, ſecundum Imo.in d.l.poſt contractum, nu.
hoc etiam ſentit Roma.nu.14.

8 Limita octauo, non procedere in teſtamentis. Vt in l.ſi quis filio
exheredato.in.§.irritum.ff.de iniuſt.rupto. Cuius ratio eſt, quia
ficit confirmatio, eo ꝙ ante additionem ſententia ſequuta eſt. Quod
tamen hodie correctum eſt per text.in l.iiij. Tauri. vbi diſponi
ꝙ non ſolum ante condemnationem, verum etiam poſt condemna
tionem poteſt quis teſtari. de quo vide ibi Caſtell. in principi. &
Docto.

9 Nono limita, in donatione cauſa mortis. Vt in l. ſi aliquis.ff. de
donatio.cauſ.mor. Aliud tamen eſt in donatione coniugali: vt in
l.res vxoris.C.de dona.inter vir.& vxo. Et alia circa hanc reg
vide per Bar.& Docto.in locis ſupra allegatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN